



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Hermannii Conringii De Antiquitatibus Academicis
Dissertationes**

Conring, Hermann

Helmestadii, 1674

Svpplementvm LXXX. Ad pag. CLXVI.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12929

Ad pag. CLIX.

Dlximus, instituta Academiarum varia esse, nec certò posse definiri omnium primam originem. Id longe esse verissimum nemini non est notum, qui quidem ad res Academicas attenderit. In quam multis tamen, & potissimis quidem, Academiae omnes conveniunt, nunc quidem temporis, et si non statim à primo initio. Cujus rei caussa est, quoniam recentiores quæque statim circa principia nactæ sunt, Pontificum Cæsarum aut Regum beneficio, ea omnia quæ vetustiores quæque per partes & sensim fuerant consequæ. Certe de singulis definiri nihil certi potest, nisi inspectis earum publicis Tabulis aut Diplomatibus, factaque diligentio omnium collatione. Id quod hactenus fieri non potuit à quoquam, quandoquidem tabulæ istæ non sunt editæ in lucem aut ad omnium notitiam pervenere.

SUPPLEMENTVM LXXIX.

Ad pag. CLXI.

Annotavit nonnulla de honore Academiis habitu I. Limnæus l. 8 Jur. Publici cap. 1. ut & in utroq; Additio- num tomo ad caput illud n. 74: quæ digna sunt ut cum hisce nostris conferantur. Nec enim vacat illa exscribere; præser- tim quia Limnæana isthæc etiam vulgi teruntur manibus.

SUPPLEMENTVM LXXX.

Ad pag. CLXVI.

De Legibus quas Constantinus Magnus in Professorum gratiam condidit, præclare egit Franciscus Balduinus, Ju- risconsultus verè πολιτικὸς (quæ rara laus est) in l. 2. sui Constan- tini Magni, sive de Constantini Imperatoris Legibus Ecclesiasticis ac Civilibus Commentariorum: qui liber, ut viri plerumque, est sine exemplo, multâ eruditione & prudentia refertus.

Aaa 3

SVP-